

9. *Ser̄ma Principissa D.^a D.^a MARIA-THERESIA*, Imperatrix, Regina Hungariæ, etc., vidua, hab. Monach. et Miss. de B.^a Maria per tot. Ord. et Anniv. Perp. Scrib. in Cal. D.^{rum} sub die ob. sui qui fuit 29 9bris 1780.
10. D. *ÆGIDIUS DE LIVERLOZ*, Prof.^s et Prior D.^s Leodij, Convisitator Provinciæ Teutoniciæ.
11. Nob.^{iss} et Amplissimus D.D. *JÖES-BAPTÀ STALINS*, Eques, Consiliarius et Magister Libellorum Supplicum Mechliniæ.

DECEMBER.

1. *Seren.^{ma} Infans Princeps D.^a D.^a ISABELLA-CLARA-EUGENIA*, Archiducissa Austriæ, Ducissa Brabantæ, etc.
- D. *AGATHANGELUS LE CLERC*, Prof.^s Cart. Prior Bruxellensis, Visitator Provinciæ Teutoniciæ, alias Prior Tornaci et Gandavi et Visitator Provinciæ Picardiæ.
- D.^{na} *ALEYDA PIEX*, relicta Dni *ARNOLDI DE HERLAER*, Fundatrix D.^s S.^æ Sophiæ prope Buscoducem, quæ hbt. per tot. Ord. plenum cum psalterijs Monachatum. 1484.

Venerabilis *LUDOLPHUS VAN DE WATER*, principalis inceptor D.^s S. Sophiæ prope Buscoducem, pro quo fiat unum tricenarium per tot. Ordinem.

4. D. *JOSEPHUS VAN SPIERS*, Prof.^s Procur. Vicar. et Prior hujus D.^s nec non Vicarius Monachorum et Procurator et Vicarius Monialium Brugis, qui ultra 48 annos laudab. vixit in Ord. 1709.
5. D. *VINCENTIUS KNIBBE*, Prof.^s Domus Bruxellensis, Coadjutor hujus D.^s, alias Procurator et Prior ejusdem, item Domorum Bruxell.^s et Zeelhemensis. A.^o 1662.
9. D. *ANTHELMUS BINON*, Professus D.^s hujus Antv. 1764.
14. Clarissimus Vir D. *PETRUS PUTEANUS*.
17. D. *ANTHELMUS TONGHERLOO*, Prof.^s hujus Domus, et alias Sacrista, Vicarius ejusdem, et Domus S.^æ Martini, et D.^s Monachorum Brugis. 1725.
19. D. *PETRUS-ANTONIUS PECQUIUS*, Prof.^s D.^s Capellæ, Prior D.^s Lyræ, Visitator Provinciæ Teutoniciæ, alias Prior Domorum Diestensis, Capellæ, Valencenarum et Antverpiæ, etc. 1679.
29. D. *BRUNO D'OUTELAIR*, Visitator hujus Provinciæ, Prof.^s D.^s Gosnay nec non Prior ejusdem, nec non D.^s Bruxellarum.

RECTORES ET PRIORES

DOMUS S.^æ SOPHIÆ PROPE SILVAM DUCIS.

- I. Primus Carthusiæ huius Rector fuit magnus ille Doctor extaticus D. *DIONYSIUS DE LEEUWIS*, patria Ryckelius, professione Ruræmundensis, præfuit ab anno 1466 usque ad annum 1469, quo demissionem petivit et obtinuit a Capitulo Generali et se contulit Ruræmundam ad Domum Professionis in qua sancte obyt A.^o 1471, 12 Martii, eique suffectus est
- II. D. *HENRICUS HEESWICH*, Professus et Prior Domus Trajectinæ ad Rhenum, A.^o 1469.
- D. *JOANNES A BERGIS*, Professus D.^s Insulæ Reginæ Cœli, prope Vesaliam et ex ejusdem Priore A.^o 1470 tertius Rector.
- V. D. *JOANNES MENIUS*, A.^o 1471, quartus Rector.
- V. D. *WALTERUS DE LEEU*, Monachus D.^s Bethlehem in Ruræmunda, fuit anno 1472 a Caplo gnali primus Prior designatus cum tunc Domus plene formata, per Principem confirmata, et Ordini incorporata esset, præfuitq. 4 annis, obiit 1476 et ei successit
- I. D. *TIMANNUS CROCUS (CROOCK)*, Prof.^s D.^s Amstelod. A.^o 1476.
- II. D. *HENRICUS DE VROEDE*, als *PRUDENS*, primo Prior Vallis Gratiæ prope Brugas, dein A.^o 1477 Domus S.^æ Sophiæ, in qua e vivis migravit 8 Novembris 1484.
- II. D. *TIMANNUS CROCUS (CROOCK)*, A.^o 1484.
- K. D. *DANIEL DE ANTVERPIA*, primus Prof.^s et A.^o 1495 Prior Domus huius, præfuit annis quatuor.
- X. D. *HUBERTUS LOEN*, Sylvæducensis, Prof.^s D. Brux. A.^o 1499, fuit 27 1/2 annis, obiit in festo S.^æ Luciæ. 1502 - 13/12/30
- I. D. N. . . . qui per aliquot menses tantum quasi per imaginem sedit; ei substitutus est autem *1530-37*
- II. D. *PETRUS DE SCERPENISSE*, Professus huius Domus, ab A.^o 1515 usq. ad 1538, huius Domus Prior, dein Prior Delphensis et A.^o 1544, Provinciæ Convisitator, A.^o 1551, Prior Domus Liranæ et Provinciæ Visitator; fatis concessit A.^o 1559, 22 July.
- II. D. *CODEFRIDUS CLUTS*, de Leodio, ab A.^o 1538 usq. ad 1540.
- V. D. *BALDUINUS DE CLOETINGHEN*, Zelandus, Prof.^s huius D., Sacrista, mox et Procurator, denique A.^o 1540 Prior, præfuit octo annis. Obyt 19 Juny 1548.
- V. D. *THEODORICUS DE MEEUWEN*, Prof.^s huius Domus et A.^o 1549 Prior ejusdem, A.^o 1551 Provinciæ Convisitator et A.^o 1555, Visitator factus est, dein A.^o 1564 institutus est Prior Ultrajectensis & Visitator perseverans usq. ad ultimum vitæ diem, quem clausit 4 Juny 1573.

- XVI. D. *HENRICUS MIERLO*, Prof.^s huius Domus, prius Procurator eiusdem Prior Arnhemensis, post Monachorum Brugis et A.^o 1564 Convisitator et suæ Domus Professionis Prior, obyt Zonii 1567.
- XVII. D. *BARTHOLOMEUS DE DOERS*, Prof.^s Dom.^s huius, Procurator 12 annis, et A.^o 1567 Domus hujus Prior, præfuit annis quatuor ac 1572 obiit.
- XVIII. D. *CORNELIUS VANDEN KERCKHOVEN*, A.^o 1572 huius Domus Prior, quondam Procurator Domus Delphiensis, Rector Dom.^s Hollandiæ, et Prior Dom.^s Lyranæ; e vita excessit A.^o 1594, 22 January. Legitur in Ecclia de Gestel S.^æ Michaëlis seq. epitaph.
- Hier leet begraven den Eerweerdigen Heer CORNELIS VANDEN KERCKHOF, Prior van de Carthuysers tot Vucht sterft 1594 den 22 January.
- XIX. D. *ARNOLDUS HAVENSIUS*, Sylvæducensis, Prof.^s Lovanii 1585, A.^o 1590 huius Dom.^s Prior, dein Prior Leodiensis A.^o 1594, Prior D. Lovan. et Convisitator A.^o 1597, Prior Dom.^s Bruxellensis A.^o 1598, rursus Leody et A.^o 1599, iterum Bruxellis Prior et ab anno 1596 usq. ad annum 1601, Visitator Provinciæ et A.^o 1611 iterum Visitator & Prior Gandavensis, ubi eodem A.^o pie in Domino obdormivit 14 Aug.^o Vixit circiter 26 annos in Societate Jesu.
- XX. D. *MICHAEL JENSEMA*, A.^o 1594, 1595, 29 Julij Prior ordinatus.
- XXI. D. *ANTONIUS VAN LOO*, ex Zichenisse, A.^o 1598.
- XXII. D. *JOANNES VAN STEELANT*, Prof.^s D.^s Lovanij, hic Subprior & A.^o 1604 Prior.
- XXIII. D. *MICHAEL JENSEMA*, 2^{da} vice A.^o 1608.
- XXIV. D. *SIMON TAPPERUS*, Prof.^s Leodij, A.^o 1609.
- XXV. D. *JOANNES VAN EMMECHOVEN*, Prof.^s D.^s Lovaniensis et Prior per Commissarios a R. P. Generali A.^o 1610 missos ex Priore Lovaniensis institutus est Prior Bruxellensis & Provinciæ Visitator, sed præ nimia animi modestia in Capitulo A.^o 1611 se officio Visitatoris vdicavit, manens tamen Convisitator, et A.^o 1612 rursus Visitator, et sequent anno iterum Convisitator, et A.^o 1614 usque ad 1627 Dom.^s hujus Prior; fuit etiam Prior Dom.^s Lyranæ. Obit 4 Sept. 1635.
- XXVI. D. *ARNOLDUS KEGELS*, Prior factus est A.^o 1627, ex Procurat.^s Dom.^s Bruxell. per Capitulum Generale. Obit Senior Domus Leodiensis A.^o 1655, 17 Aug.^o

¹ Aliud manuscr. 1586.